

Ibid. *Dalmatius Cesar*. Non addit Parmensi ms. *filiis*, quam vocem subjungit Scaliger verbo *reliquerat*.

Col. 500. *Jacob Nisibenus*. Eodem, quo mortuus est Constantinus, anno, nulla de obsidione Nisibis injecta mentione, in chronicis Dionysii Jacobitarum patriarchae Jacobus ipse ex hac vita migrasse dicitur: *Anno 649 (Graecorum, qui cum Dionysian. 338 concordi) decepit Constantinus Magnus*, *diviso inter ipsius filios imperio*. Vixit autem annos 65, tenuique imperium annos 33. Hoc eodem anno S. Jacobus Nisibis episcopus ex hoc saeculo migravit. Ita et chronicus Edesseni auctor, cl. Assemanio interprete, anno 649 obiit S. Jacobus Nisibis episcopus. Et potest illi quidem annus eum hoc ipso, ad quem refert Hieronymus, convenire, si annos Domini ex Eusebiana vulgo apposita recensione, tametsi falsa ad Dionysianam exigas. Quod vero ait, eodem illo Constantinus obiisse, ex Eusebii exaggeratione oratoria, et supputandis ratione in vita eius adornanda fluxit, et suo loco superior expositum est. Ceterum de liberata Jacobi precibus Nisibi, copiose Theodoreus agit hist. eccl. I. n. c. 30, et Philostorgius lib. III. c. 23. Adverbium *sepe* in Parmensi ms. non habetur.

Ibid. *Constantius bellum fratris*. Differebat Pontacius gestum ad subsequentem proxime annum, fratribus Augustorum quartum, quod nos maius eum alias libri et Scaligeri recensione revocare ad tertium, tametsi hunc ille cum Abrahamiticum num. 56 supra bis millesimum trecentesimum comparat. Sane dubitare non licet, quin eoss. Acindyno et Proculo contigerit: id quod Socrates lib. II. c. 4, testatur, eoque luceulentis Zonaras, consentientibus in idem tempore Sozomeno, Philostorgio, et reliquis qui historiam eam narrat. Quia etiam de mense, aprile nimis, partim ex corundem testimoniis, partim ex cod. Theodos. I. in *de utilitate legi*, et I. in *de aede, psc.* jam constat. Ab eo itaque tempore quo fratres regnare coeperunt, Feliciano et Titiano eoss. post tres fere interregni menses a patris morte, ut suo loco notatum est, atque adeo circa septemb. ejus anni, ad aprilem ejus quem dicabamus consulatus Acindyni et Procli, biennium mensesque septem intercedunt; ac tertius ille, ex quo filii Constantini imperium obtinebant, annus agebatur. Exaggerat proinde Zozimus, qui Constantem ait *toto triennio* fratris inimicities dissimulasse. Ceterum quod dicitur Constantinus *juxta Aqui-*

*leianum Alxa occisus*, fere persuadet cognomine fuisse olim fluvio Alxa oppidum: nisi si quorundam librorum verior est lectio, *juxta Aquileia Alsam*: certum est enim, Victore teste in epitome, *occisi cadaver projectum in fluvium cui nomen Alsa est, non longe ab Aquileia*.

Col. 499. *Vario eventu*. In Parmensi ms. *adversum Gotos*: item altera ab hac periocha male *Audens pro Audens*: tum *heresis Audiana*, ab Audio nimis, ut aliis dicitur. Vide Nicophorus lib. XI. c. 14. De terre motibus, quorum mentionem auctor interserit, dicemus quarto ab hoc anno pluribus.

Ibid. *Franzi a Constante*. Adscribit num. 2337 Scaliger, eam recensionem ait annus anni prochronismo labore. Pontacena haec igitur, atque adeo nostra, que altero ab eo numero assignat, peccet in contraria parum annis anni metachronismo. Atqui male idem Abrahamiticus cum imperatorum annis Scaligerum comparasse, ostensum est alias: in hoc autem gesto sciens peccat; neque enim quod certo certius est, difficitur Constantio in et Constante II. eoss. contingere: et eum famen non quintum, ut revera est, auguste corum dominatio, sed quartum annum enumerat. Vide Socratem, lib. II. 13, et Idaici fastos. Julius Firmicus de error. profanar. religioni. imperatores aliquos: *Post excidia*, inquit, *templorum vicos hostes (Francos)*, *propugnatis imperio*, et hieme tumentes *azsvienenses undas coloschi oceani*, et *insperatae imperatori faciem expavit Britannus*: quibus trium annorum gesta denotantur.

Ibid. *Hermogenes magister militie*. Seditionis historiam repeate ex Libanio in *επανάση* pag. 126. Convenit et juxta Idaicum tempus: hic eoss. post Francos vicos, tractus Hermogenes.

Ibid. *Antiochiae Dominicum*. Atqui conceptis verbis Athanasius laudatus etiam Scaliger encenia ejus templi *τητράς Μεγάλου καὶ Πρόθυρον, νικαιῶνος στ* adscribit: et Socrates I. II. c. 8, dedicatum affirmat anno, ex quo adificari coepit, decimo. Videtur adeo noster in utrinque gesti temporibus hallucinatus, et initium quidem adificationis debuisse anno Constantini Magni vicesimo sexto, dedicationem vero superiori hinc proxime, adscribere. Scaliger eamdem ferme rem dicit, sed in Abrahamiticis numeris comparandis disparellit.

Ibid. *Macedonius artis plumarie*. Non caret veri specie, Hieronymo, cum hwo ex auctore quopiam Graeco dictaret, aliudqueageret, fucum

fecisse verbum *ποικιλότεχνος*, aut quid simile (quo *wafer* et *callide mentis homo Macedonius* dicebatur), ut illud pro *ποικιλότεχνος τίχης*, id est, *artis plumarie*, acceperit. Non tamen pronuntiare id cum Scaligerio ausim, qui *sine dubio* tale quid asserit Hieronymo imposuisse.

Col. 500. *Paulus eruditelus Philippi*. Tempus convenire, dices ab Athanasio epist. ad solit. ubi eum, *nondum vertente anno*, prefectura sua magna cum ignominia spoliatum narrat, atque jam privatum ac ludibrium habitum, ingenti morore diem obiisse. Addo Gothofredum in prosopographia cod. Theodosiani.

Col. 499. *Maximus Trecitorum episcopus*. Male in Parmensi ms. *Maximianus appellatur*. Vide si ipsiusmet Athanasi apoligram u.

Ibid. *Necessitas in Ponto*. Falso in Parmensi ms. dicitur *Diocesarea*. Verosimilimum est, quod Scaliger conjectat, haussisse hec Hieronymum ex Graeco auctore, apud quem fuerit *χρήσις τῆς Εξαρχίας, καὶ τῶν ἵππων, καὶ τῶν ιατρῶν*; lectum autem ab eo *ιατρῶν πρὸς άλλη τῆς* tunc autem ab eo *ιατρῶν πρὸς άλλη τῆς* dixit, et causum huic anno Constantini illigavit. Ceterum multi per ea tempora terra motus in oriente conigerunt, de quibus Orosius lib. VI. S. Greg. Nazianzenus carmine de rebus suis, Socrates lib. II. Sozomenus III. atque alii. Referendus huc præ ceteris Theophanes p. 11.

Col. 500. *Tithias vir eloquentissimus*. Isidorus lib. II. c. 1: *Titianus et Calvus, qui themata de Virgilio elicerunt, et deformaverunt ad decimum usum*. Confer Gothofredum in prosopographia cod. Theodosiani.

Col. 499. *Athanasius ad Constantium*. Laborat bienni prochronismo Scaliger, qui Augustorum fratribus octavo anno hanc, ut et subsequentem periocham, illigat. Testis omni exceptione major historia aecphala, gesta potissimum Athanasii continens, nuper ex antiquissimo Veronensis Ecclesiis ms. edita, notisque illustrata inter observations litterarias, tom. III. ab eo qui rei litterarie gloriam unus apud nos sustinet, March. Scipione Maffeo. *Scriptis autem (verba ejus historie sunt) imperator Constantinus de redditu Athanasii, et inter imperatoris epistolas hec quoque habetur*. Et factum est, post Gregorii mortem Athanasius [f. expulsus] est ex urbe Roma, et partibus Italie, et ingressus Alexandria, Phoenicia, consulibus Constantio IV et Constante II. Designatur mensis octob. dies 21. ann. Christi Dionysianus 346, in quod tempus decimus im-

peri Constantii et Constantini annus ante duos perie mensis inchoatus incurrit.

Col. 500. *Dyrrachium curuit*. Superiori proxime ann. *τῷ 0°* Constanti assignat, landatus etiam Scaliger Cedrenus, qui hec isdem verbis refert Graecu, quibus Hieronymus Latine. Sed præ crederet, Dyrrachium, et Roman, et Campanie urbes non eodem plane tempore terre motu quassatas; que cum simul comprehenduntur, possunt ad utriusque anni partem pertinuisse.

Col. 499. *Magnis rei publicæ expensis*. Atque hoc gestum Scaliger nono adscribit anno Constantini, ne tamen difficitur referri a Cedreno ad decimum: quod et ab Hieronymo presumitur, et vero proprium videtur. Confer orationem I. alij ad Constantium, et Libani orat. XIII.

Col. 500. *Rursum Sopor tribus mensibus*. Consignant omnino rectius Nisibene hujus obsidionis tempus Cedrenus *τῷ γ' έτει, decimo tertio Constantii anno*: et qui eundem consulatu denotat, auctor paschalis chronici, *Sergio et Nitrianiano cos.* Eadem antea ratio fuerat Juliani imper. orat. I. et II. quibus locis tradit irrupisse tunc Persas in Mesopotamiam, et Nisibis obsidisse, cum scirent Constantium in occidente adversus tyrannos profectum. Sed et Themistio orat. XIV. Zonare, atque alii eadem temporis notatio est; neque sane video, nisi si librarium ea culpa fuerit, quo pacto Hieronymus ab unius sallie anni prochronismo excusari querat. Scaliger tamen eo gravius peccat, qui ad precedentem, Constantii decimum refert: peccant et veteres plerique omnes libri editi, tum ms. qui annum his comparant Domini 330. Etsi enim hi revera annus fuerit juxta Dionysii computum, non erat tamen iustus auctorum nostrum, licet neque ejus, neque Eusebii esse laterculum istum, sepe monimus. Pro *tribus mensibus*, quibus ait Hieronymus obsidionem durasse, Vologesius tunc Nisibensis episcopus, testis *αἰώνιος, centum dies numerat*.

Col. 499. *Eusebius episcopus*. Verbum *episcopus* quod desiderabatur, ex ms. Parmensi aliisque libris, sufficemus.

Ibid. *Solis facta defectio*. Nihil est hujusmodi celestium characterum notatione, que ceteris certiora omnibus esse debuissent inter auctores, veteresque ac recentiores, magis controversum. Cedrenus anno adscribit Constantii decimum. Consentit ei Scaliger, qui visam ait esse defecctionem illam Constantinopoli hora tertia matut-

tina, junii sexta, anno Christi Dionysiano 346, numero 2362, epacta tam equabilis, quam castigata 21, que profecto est regione diei 6 junii. Praeremitio, quod inde arguit de unius anni metachronismo Hieronymum, eujus minime rationes intellexit. Quippe vult, eum fuisse ab an. 338 Dionysiana initium Constantii auspicatum: debuisse autem a 22 maii [precedentes] 337 repetere; utrumque longius a vero, ut ex his que superius suis locis annotatis sunt, liquet. Porro Theophanes subsequenti anno Christi Dionysiano 347, et perspicuum est ex rerum, quas narrat, contexta, eclipsin eam assignat. Probalut etiam Petavio, de doct. temp. lib. xi., qui ejus quoque anni die octobris 20 solem contendit defecisse. Sed quod faciliter, Nisibens obsidionis tempus proxime praecessisse, indicio est (si que diudum de ejus obsidionis anno diximus, persuadent) aliam fuisse solarem defectio- nem, que ad id temporis pertinet: facile autem rerum similitudine deceptos autores esse.

Col. 501. *Bellum Persicum.* Convenit tempus, consentientibus in hum. ann. Idacii fastis, et quod rei caput est, historia gestorum Constantii serie. Unus est Julianus imp. orat. i, qui ante ferme triennium prelum hoc referat, ubi Magnentii tyranidem in Gallia copisse ait post ferre ann. ab hoc prelio apud Singaram sextum, sive, quod idem est, sexannisante Constanti mortem, prelum illud contigit. Cujus testimonio fidem adhuc malunt Gothofredus, Pagius, Harduinus, atque ali: cum multo tamen verosimiliter sit, numericas notas fuisse librarioribus errore corruptas, puta positum c' pro y' aut b', ut Valerius ad Ammianum. Marcellinum, et Tillemonio notatum est. Confer itaque Eutropium in fine, et Orosium lib. vii, ut et laudatus Scaliger Sextum Rufum in brev. ad Valentem. De Nisibis autem ipsius Bezbade et Amida, consule Cellarium geograph. antiquit. lib. ni, cap. 13. In Parmensi. ms. *Bizale et Amiclae*.

Col. 501. *Maximus, quadragesimus, post, etc.* Cyrillo, qui Maximos successit, ab Ariani extruso, Nicéphorus subrogat Arsenium, Heraclium, Hilarium. Postea Cyrrillus in sedem restitutus secundae synodo interfuit, Gratiano imperante. Quatuor vero Cyrrilos, quos post Maximum enumerat sanctus pater, alii improbat, quibus unum per ea tempora Cyrrillus fuisse, placet. Consule annales Baronii ann. 351. In Parmensi ms. invadunt, id est, Cyrus, Euricius, et mox, cum a Maximiano et ordinatione Maximini, corrupte.

Col. 502. *Liberius episcopus.* Marcellinus ac Faustinus presbyteri in prefat. precum: *Eo die, inquit, quo Liberius ad exsilium proficiebatur, clerus omnis, id est, presbyteri, et archidiaconus Felix* (in ejus locum intrusus), *et ipse Damasus diaconus, et cumeta Ecclesie officia, omnes pariter, presende populo Romano, sub iurejurando firmaverunt, se, vivente Liborio, pontificem alterum nulatenus habituros.*

Col. 501. *Romanæ Ecclesiæ... in hereticam pravitatem.* Fidem suscepit Sirmii tractatam, et a Demophiloso sibi expositam, quam minime hæreticæ fuisse, equidem malum cum doctissimis viris existimare. Sed haec obliter.

Ibid. *ibid... Roman quasi vicit.* Addit Scaliger ex uno Bongarsiano exemplari, grandioribus in medio litteris, *jobeitus secundus Hebrews*: in notis autem, falso epilogio huc referri jobeumen contendit, et culpa Hieronymo verit. Atqui eam minime profectam esse annotationem ex Hieronymi calamo, evincit aliorum, qui nihil simile habent, librorum consensus.

Ibid. *Magnentius apud Augustodunum.* Convenit tempus, quod coss. Sergio et Nigriniano Socrates lib. ii, cap. 9 et 10, in fine, et Sozomenus, l. iv, 1, designant. Fasti Ilaciaciani luctulentes, die etiam annotata: *His coss. occisis est in Gallis a Magnentio Constans, et levatus est Magnentius die xiv col. febr.* Errat itaque, qui et minimus minus Scaligero impositus, chronicis paschalibus auctor, qui precedentem anno, coss. Limenio et Catulino, factum adscribit. In anno imperii Constantis quindecim rescribi probatredicem, Pontacus in euris posterioribus jussit, ut suppulari eos ex quo Cesar creatus est, vellet. At vero spatiis hoc ipsum Eutropius, a quo hec Hieronymus haustit, ampliavit ad usque imperii annum 17. Vetranius male in Parmensi ms. *Vetranius* appellatur. Ierulus Idacius in fastis, statim a Constanti morte, Vetranius apud Sirmium cal. maii eo anno, et Nepotianus Romæ in non. jun. (levati) et pugna magna fuit, etc.

Ibid. *Victorinus, natione Afer* (apud Vallarsi). Haec neque in Parmensi ms. est periocha, quam Scaliger omnino respuit.

Ibid. *Rome populis.* Ms. Parmensis, haud recte tamem, ab Herociada servatore perditur.

Ibid. *Nepotianus caput pilo.* Eutropius, lib. x, cap. 41: *Nepotianus sevis exordiis dignum extum nectus est: vicinissimo enim aliisque octavo die a Magnentioris duabus oppressus penas dedit, caputque ejus pilo per urbem circumlutum est,*

*gravissimaque proscriptiones et nobilium cædes fuerunt, etc.*

Col. 502. *Vetranius apud Naissum.* Minus recte antea Naissum. Confer Zozimus lib. ii, c. 44, Aurelium Victorem, Idaci quoque fastos, et Socratem lib. ii, cap. 28.

Col. 501. *Magnentius Mursæ victus.* Idacius in fastis: *His coss. bellum Magnentii ful Mursa die 4 octobris.* Mursa autem Pannonie oppidum; falluntur enim, quod et Scaliger pridem animadvertis, Socrates lib. ii, 32, et Sozomenus iv, 7, qui *προσέρχεται Γαλλιῶν, Galliarum castellum, dicunt.* In tabulis Peutingerianis *Mursa major*, citra quam 40 milibus ad occasum *Mursa minor*. Vide Zozimus, et Aurelium Victor. in epitome.

Col. 502. *Gallus Constantini patruelis.* Dicitur Idacio Cesar appellatus *id. mart.* ex quo tempore *Constantius Gallus nominari copit*, Victore teste. Confer Ammianus initio lib. xiv, et Philostorgium iv, 1. In Parmensi ms. *Constantius patruelis opera Cesar factus. Iste Judeos, etc.* continua serie, atque uno periocha.

Ibid. *Gallus Judeus.* Conferunt Cedrenus gestum ad annum Constantii decimum quintum pertinere. Huc tu refer laudatos etiam Scaliger, Victorem de Cesariis, et Socratem lib. ii, 33, quibus addo Sozomenum iv, 7. De Diocesarensi, itemque Biospoli Palestine, recole sancti auctoris prefatione in Iomam.

Ibid. *Nominali nobilium.* Narrant haec Galli facinora Ammianus lib. xiv, Zozimus ii, Socrates, atque ali.

Ibid. *Syriz populis* (apud Vallarsi). Haec autem, tametsi Italicu charactere distincta, a Scaligero penitus repudiata, etiam in Parmensi ms. sunt. Adscribitur autem vulgo portentum praecedenti anno, cum Gallus Antiochiam adventaret, ut Socrates lib. ii, 28, auctor est: *idque non maii, ut auctor paschalibus chronici, Cyrilus Hierosolymit. epist. ad Constantium, Theophanes, atque ali testantur.* Solus Idacius in mente ablutus: *Apparuit, inquiens, in oriente signum Salvatoris die in cal. februar. luna 28;* in quo et falli videtur.

Col. 501. *Magnentius Lugduni.* Cum sex fere menses supra triennium imperasset, ut Zozimus lib. ii tradit, sibimet latus transfudit, ut *idus Augusti*, ut Idacius in fastis, vel iv, ut paschalibus chronici auctor, vel denique die 15 ejusdem mensis, ut Socrates lib. ii, cap. 32, notat. Decantum, quem non fratrem, ut Hieronymus, sed propinquum tantummodo Magnentii Zozimus

voeat, xv calendas septembres ejusdem utique ann. laqueo vitam exprevisse, Idacius prodit.

Ibid. *Gennadius Foroujensis orator.* Maxuit putare Scaliger, *Forensis*, potius quam ad distinctionem ejus, quem Greci *γένναδος*, id est, causarum patronum, vocant, pro gentilitio hic esse, sive pro *Forosegustanus*; nam etiam hodie vulgo *Forense* appellantur. Sunt sane quidam mss. quorum unum et alterum Pontacens laudat, qui *Foroujensis pro Forensis preferunt.*

Col. 502. *Gallus Cesar sollicitatus.* Pontacens exponit, Constantium variis artibus Gallum ad se pellexisse, ac denum interfici curasse. Greci quos Scaliger laudat, *περιάρπατον*, id est, accersitum, dicunt. Idem ob *regiam indolem* cum aliis pro *egregiam* legit: multumque miratur, istuc ab Hieronymo proditum fuisse Gallum proper regiem indolem Constantio suspectum, quem potius ob multa incivilia gesta, utque ancores alii narrant, crudelitatem, vocordiam, perfidiam, affectum denique imperium, jussit interfici. Erit qui his nimis de causis impressam lectionem ob *egregiam indolem*, que et plurimorum codicium est, veriorem existimet: idque vult εἰρηνός διεῖ, ut illud Virgilii notissimum, *egregia conjux, de Clytemnestra.* Sed est sane verosimilis quod postmodum Scaliger conjectat, tantum non pro certo asservisset, in Graeco auctore, unde haec exceptit Hieronymus, fuisse scriptum οὐδὲν τοῦ διὸ βασιλεὺς γενίσθεντος illum autem τῷ βασιλεῖ, quod certa tyranidem affectare significat, *pro regia indole*, deceptum dielandi proprietaria, vertisse. Pro in *Istra*, neque bene libri alli *Istria* habent: neque, ut jactat Scaliger, idioma Hieronymianum hoc est, sed Latinum utique, et melioris note auctoribus usurpatum. Codex tamen Parmensis neutrum habet, sed *occiditū* absolute. Tempus quod spectat, Scaliger praecedente proxime anno Constantii 17 gestum adscribit. Et vero coss. Constantio Aug. vii, atque ipso Gallo in contigisse compertum est: sed cum Cesare eius imperii quartum annum auctores eum supputent ab idibus martii, ut superius animadvertisimus, consulatus autem ille in partem quoque decimi octavi Constantii, puta a calendis septembribus, incurrit, ut sat illud bene constet, gestum in hunc erat Constantii differendum: id quod etiam indicat sub ejus anni initium Gallum fuisse interfectum. Vide sepe laudatos auctores huius eccles. et Victorem in Cesariis, qui a Galli morte denum post septuaginta annos reipublice curam ad unum redisse annotat.

Addit Chrysostomum quoque homil. 13 in epist. ad Philippienses.

Col. 501. *Silvanus in Gallia*. Atque hujus nem Scaliger ad precedentem annum revocat, quod longius a vero abhorret. Lege Juliani orat i ad Constantium et Victorem in Caesaribus, denique Ammianum Marcellinum. lib. xv, cap. 5 et 6.

Ibid. *Victorinus rhetor et Donatus*. In prefatione commentarii prioris ad Galatas: *Non quod ignorem Gatum, Marium, Victorinum, qui Romæ, ne puro, rhetorican docuit, etc. Vide que ibi annotamus.*

Col. 502. *Paulinus et Rhodanus*. Antea *Rhodanus* scriptum erat: ali libri *Rhodanus* prefiguntur. Vide Sozomenum lib. vi, cap. 19 et laudatum ibi Valesio Sulpitium Severum.

Col. 501. *Petrus Cesareogustanus orator*. Abest hec a Parmensi ms. periocha. Haud soio num ali de oratore isto auctores loquuntur.

Ibid. *Donatus a quo supra... Montenses*. Confer sancti patris epist. in nostra recensione 37, ad Marcellam, initio, et que nos ibi.

Ibid. *Julianus, frater Galli*. In Scaligerana editione, culpa, ut videtur, typographorum, haec periocha desideratur. Reete porro tempus hac recensione assignatum anno Constantii decimo nono invenire: siquidem Julianus creatus est Cœsar vñ id. novembri, Arbitrio et Lolliano coss. ut Ammianus Marcellinus lib. xv, cap. 8, auctor est: anni autem Constantii, ut sepius notatum est, ducent a septembre inilium. Ammianus consentit Idacius in fastis; auctor vero paschalis chronicus, et fasti Sieuli mensem dicunt proxime precedentem, sive vñ id. octobris, quod licet rationibus nostris minime officiat, non tamen probatus.

Col. 503. *Antonius monachus... brevi libello*. Primum obtinet locum tomī secundi nostrae hujus editionis. Annū quo scriptus liber est, diximus Christi 374, aut sequentem. Parmensis ms. in futuro, *explicabitur*, quod pronuntiatione est mendum.

Col. 501. *Reliquiae Apostoli Timothei*. Ex eorum numero, qui vulgo Apostoli audiunt, Timotheum non fuisse, compertum est quod Primasius in cap. primum epistol. ad Philippienses, que incepit, *Paulus et Timotheus servi Jesu Christi*, plausimē statuit, cum dicit: *Omnis Apostolus servus, non omnis servus Apostolus*. Sed siue Epaphroditus a Paulo Apostolus Philippensium dicitur: sic vocare quandoque amant scriptores

veteres generali vocabulo Apostolos, qui ad gentem aliquam Christiana ñde imbuendam missi sunt. Porro haec recte in Parmensi ms. *Constantinopoli inventa*, pro *Constantinopolim inventa*, legit.

Col. 502. *Liberius episcopus*. Huc refer Theodoreum hist. eccl. lib. ii, cap. 16, atque illud cum primis insigne responsum Liberii ad Constantium, malle se ecclesiasticas leges servare integras, quam habere Roma domicilium.

Col. 503. *Magnz Alamannorum copie*. Gestum conferit in sequentem Constantii annum Scaligeri, quod et minus probable est, et est certe contra veterum librorum fidem. Comissa est pagina circa Julium mensem, adeoque circa hujus anni decimi noni finem. Porro quod hue refert doctus vir Zozimus, lib. iii, cap. 3, non videtur animadvertisse, cum vel exaggravare præter modum, vel librario mendo premi in numeris notis, ubi ait, sexaginta milia Alamannorum deleta, cum sex tantum milia referat Ammianus Marcellinus lib. xi, cap. 12, octo Libanii in orat, funebi, et ante pugnam non nisi 30 aut 35 milia, isdem testibus, fuerint.

Col. 503. *Saraceni in monasterium*. Atque hoc Scaliger gestum anno subsequenti vicesimo Constantii adscripit.

Col. 504. *Constantio Roman ingresso*. Ingressus est Romanus Constantius, consule se IX, et Juliano II, ut Idacius in fastis testatur, iv cal. maias: que annū utique imperii ejus vicesimum, uno altero mense ultra medium, denotant. Hieronymus ipsem lib. de viris illustribus, cap. 7: *Constantinopolis vicesimo Constantis anno ossa Lucz cum reliquiis Andre Apostoli translata testatur*. Adeo manifestum est, falli Scaligerum, qui reliquiarum translationem istam in annum insequentem, Constantii vicesimum primum, differt: et quod mirum est magis, de metachronismo, quem ipse admisit, recensionem haue arguit. Qui in omnibus uno circiter mense, sive die v. non. mort. at idem iterum Idacius notat, reliquie illæ Constantinopolis invente sunt. Sed et in eo multum Scaliger halucinatur, quod contendit Novam Romanam, sive Constantinopolim, non Romanam invenisse, seu veterem, tunc ingressum esse Constantium. Hieronymus autem male v. novam prætermissee, quod erat in Greco scriptore, unde accepit, Naz. Pœpny. Nam neque ex Greecis haec haustis, pater, neque same ad aliam quam veterem urbem Romanam, hanc nimurum Italie nostræ, tunc temporis

venisse Constantium, auctores alli omnes, et cum primis Ammianus Marcellinus lib. xvi, significat. Quid quod triumphum ibi egit, et vota 33 editi, laudato sepius Idacio teste, ac per triginta fere dies urbis magnificentiam est admiratus? Ceterum de reliquis illis vide Philostorgium lib. iii, cap. 2, in eumque Gothofredum, denique et Pagium dissert. hypatica, p. 257.

Col. 503. *Nicomedia terra motu funditus eversa*. Contigit utique Datiano et Cereale coss. vel v. cal. septembres, ut Socrates, ut Ammianus Marcellinus sentit. Agebatur tamen etiamnum annū vicesimus primus Constantii, qui, ut sepius notatum est, ab ipso septembre inchoatur. Falso itaque Scaliger, cui auctoris nostri rationes haud sat perspecte erant, prochronismum illi unius anni imputat. Aurelius quoque Victor in Cesarius cap. 16, circa finem, tradit constrainta terra motu Nicomediam sua stetate, Cereale consule: ut male rationes subduxerit auctor paschalis chronicus, qui in consulatum insequentem Eusebii et Hypati confert. Porro quas Hieronymus vicinas urbes ex parte vexatas, Idacius abus centum quinquaginta civitates dixit, nisi si cubat in numericis notis mendum. De Nicomedia ruina exstat Libani monodia, et Marcellinus comes eam trudit fuisse ab Eupremo diacono elegiacis versibus expressam.

Ibid. *Paulinus Trevirorum episcopus*. Adscribit precedenti proxime anno Scaliger. Ms. Parmensis in *Pithya pro Phrygia* legit.

Ibid. *Evanthius eruditissimus... Chrestus*. Pontacus legerat *Cretus*: unus apud Scaligerum ms. *Charistus* habet, ali *Carvestus*. Nostram lectiōnem cum ali etiam editi libri, tum Parmensis ms. probat. Evanthius, alias Euphractus dicitur, cui et commentatoris in Terentium, olim Donato adscriptus, tribuendus videtur.

Ibid. *Synodus apud Ariminum*. Notior historia est, quam ut verbo explicem. Scaliger, qui referri hue jubet Hieronymus dialogum contra Luciferianos, ex eis manifeste colligi, consules huius chronicorum exemplo Eusebii adscripit. Somnis quippe suis usque adeo delectatur: neque animadvertisse, quae consulatu prænotantur sepius in eo dialogo acta ipsa Concili profert. Nos hic eadem urgamus, quibus argumentis Eusebium consulum paria operi suo non attexuisse, jam evicimus. Sed erit inferioris iterum dicendi hac de re locus.

Col. 504. *Honoratus ex praefecto praetorio*. Abest a Parmensi ms. hec periocha. Lucentissime autem Idacius in fastis sub Eusebio atque Hypatio consulibus: *Ipsò, ait, anno primum processit Constantinopoli praefectus Urbi nomine Honoratus die tertia idus decembri*. Anno igitur Constantii vicesimo tertio iam invente: ex quo manifestum est nulli Scaligerum, qui gestum illigat proxime precedenti vicesimo secundo. Neque ejus rationes juvat aut nostras imminuit chronici paschalis auctor, qui in *idus septembres pro decembre* posuit: nam et falsus in eo est, et ab eo scilicet mense anni Constantii inchoatur. Aditio Socratē lib. ii, cap. 41, initio, et Sozomenum lib. iv, cap. 23. Eadem anno recte Gratiani ortus assignatur.

Col. 503. *Hilarius cum apud Constantinopolim*. Quæ hinc subsequuntur ad Julianum usque, Pontacus cum anno Constantii vicesimo quarto gesta omnia comparaverat: Scaliger e contrario omnia, postremo excepto, cum praecedente proxime vicesimo tertio. Neuter bene, quanquam codicium mss. interque nitatur auctoritate; est enim dissidentium invicem inserta fides, quam licebat, et satis erat ad historiam veritatem exigere. Preterquam quod nec exiguo numero sunt, quos ipse Pontacus laudat, mss. libri, qui priora quatuor haec gesta ad Meletium usque cum vicesimo tertio Constantii, reliqua cum subsequenti anno componant: quorum sane potior nobis auctoritas fuit, maxime codicis quoque Parmensis suffragio accedit. Sane Hilarium ad Gallias redisse sub anni vulgaris Dionysiani 360 finem, aut sequentis initium, prope certum est. Illud vero tempus in fere medium vicesimum tertium Constantii incurrit. Confer, si libet, sancti antistitis vitam a Benedictis adornatam, ejusque præfiam editioni operum.

Ibid. *Macedonius Constantinopoli pellitur*. Auctor paschalis chronicus ad hunc annum: *Macedonius episcopus CPolianus propter multa ipsius propria criminis excommunicatus est, in locum ejus subrogatus Eudoxius mense Androyo (januario), die 27, presentibus, etc.*

Col. 504. *Constantinopoli ecclesia maxima*. Hoc scilicet anno, consulibus Constantio x et Juliano iii, τῇ πεντακοσίῃ τῷ Φεβρουάρῳ πρῶτῃ, quinto decimo die mensi februario, teste, quem et Scaliger laudat, Socrate lib. ii, c. 43. Lucentius auctor paschalis chronicus: *Hoc anno, mense perito (februario) die 15, magna ecclesia Cons-*

*tantinopolis dedicata est.* Et paulo post: *Encaenia magna Ecclesie celebrata sunt anno tricesimo quarto plus minus, ex quo fundamenta Constantinus Victor Augustus fecerat. Acta sunt autem illius encaenia his consultibus, xvi calendis martias, qui dies est mensis periti 14. Legendum utrobius videtur iij. Vide Cangium, si lubet, in Constantinopoli christiana.*

Col. 503. *Meletius Sebastianus Armeniorum.* Duden laudatus auctor fragmenti de rebus Athanasi, ex Veronensi codice, sub *consultatu Tauri et Florenti*, circa hujus anni initium: *Apud Antiochiam, inquit, Ariana heresios ejientes Paulinos de ecclesia, Meletium constituerunt, quo nolente eorum modis mente concentrare, Eutocium presbyterum Georgii Alexandrinii ejus loco ordinerunt.*

Col. 504. *Gallia per Hilarium.* Eodem recedit quod habet codex Parmensis, *Ariana perfida: vitio apud Scaligerum, Arminiensis, etc.*

Col. 503. *Constantius Mopsorensis.* Obiit iisdem consulibus TAURO et FLORENTIO in non. NOVEMBRI (ut Idacius, Socrates, Cedrenus, atque alii testantur), adeoque exacto anno iam anno Augustalis imperii vicesimo quarto, qui in septembre desinit. Annum autem annalii quadragesimum quintum, quem Hieronymus supputat, vixum inierat, siquidem, ut notat Julianus, orat. I., Gallicano et Basso coss. idibus augusti est natus. Paria habent Eutropius, Victor in epite, et Socrates. Modo laudatus auctor fragmenti de rebus Athanasi, num. 6: *Quarta die, inquit, mensis cyae (hæc vel novembri postrema est, vel decembri prima) prefectus Gerontius nuntiavit mortem Constantii imperatoris, et quod solus Iulianus tenuit universum imperium.*

Porro alii pro *Mopsurensi*, *Mopsuestiani* dicunt: Ammianus, lib. xxi, et Aurelius Victor cum Hieronymo, cuius hoc refer epist. 60 ad Heliodorum num. 15.

Col. 504. *XXXVIII. Julianus.* Quantum a decembri initio, solido intermedio anno, ad vi calendas juliis intercedit. Minus adeo recte Scaliger habet *mensibus octo.* Subiuncta verba cum uncinis neque Parmensis ms. neque melioris nota libri alii agnoscunt.

Col. 503. *Julianus ad idolorum cultum.* Notatum Scaliger ex ipsiusmet Juliani epist. ad Alexandrinos, hunc fuisse annum undecimum, ex quo ad idolorum cultum sese converterat. Male Pontacius legerat, ab *idolorum cultu converso, etc.*

Ibid. *Georgio per seditionem.* Accurassim,

ut nihil supra, laudata sepius historia de rebus Athanasi: *Auditio (Constantii obitū) cives Alexandrini et omnes contra Georgium clamaverunt, eodemque momento sub custodia illum constituerunt, et fuit in carcere ferro vinetus ex prædicto die cyæ 4 usque ad 27 ejusdem mensis (id est, 23 decembri), diebus 24. Nam 28 die ejusdem mensis mane pene omnis populus illius civitatis perdixit de carcere Georgium, necnon etiam comitem, qui cum ipso erat insistentibus fabrica Dominicam, quæ dicitur Casarium, et occiderunt ambos, et eorum corpora circumdederunt per medium civitatem: Georgii quidem super capellam, Draconiti vero homines funibus trahentes; sic injuriis offectos circa horam 7 dici utriusque corpora conbusserunt. Vide horam denique ipsam annotatum. Tum, panceis interiectis: Post dies autem tres, methir 44 (februario 8), datum est præceptum Gerontio præfecto ejusdem Juliani imper. necnon etiam vicarii Modesti, præcipiens episcopos omnes factiobus antehac circucentes et casilios reverti ad suas civitates et provincias. Hæc autem litteræ sequenti die methir 15 proposita sunt: postmodum autem, et prefecti Gerontii edictum propositum est, per quod vocabatur episcopus Athanasius ad suam reverti Ecclesiam. Et post dies 12 hujus dicti propositionis Athanasius vissus est apud Alexandriam, ingressusque est ecclesiam, eodem mense methir die 27, ut sit ex ejus fuga Syriani et Hiliorum temporibus facta, usque ad redditum ejus Julianus... methir 27, etc.*

Ibid. *Eusebius et Lucifer.* Alibi occisis, etc. e quorum verborum regione Scaliger in Bongarsiano codice vetustissimo inventi scriptum, Gorgoniam dicit ab Germania, et Cynatum de Gabala.

Ibid. *Prohæresius, sophista Atheniensis.* Hoc nomine per id tempora honorificissimus rhetores compellabantur. Prohæresius autem πάντα γέγοντα φέγγει, ut Nazianzenus canit. Eum vivere desisse quinque post Juliani mortem annis, Eunapius tradit: qui tametsi Christianorum hostis infensissimus, summa illi omnia tribuit.

Ibid. *Ecclesia Antiochiae... ubi a quodam simulato Christianos, ad creandam huic nomini invidiā, cedidit auctores Libanius dixit: eujus locum profert etiam Sozomenus lib. vi. Qui interfuerunt huicmet expeditioni, Eutropius et Ammianus Marcellinus, non usque adeo conveniunt: ille ab hostili manu: hic nihil de hoste, sed, incertum subita equestris hasta, perfoſsum*

imperatorem narrant. Nec memor hostem Zozimus; sed utique Victor in epitome, ab uno ex hostibus, et quidem fugiente, conto percutitur. Christiani scriptores rem incertiorē faciunt: noster videtur a Sexto Rufo accepisse. In Parmensi ms. vox conto desideratur.

Ib. ibid... anno ætatis 32. Uno minus Socrates lib. m supputat, in quo et falsus est; Julianus ipsem epist. 51 ad Alexandrinos, quam scriptis ultimo vita sua tempore, triginta duos annos natum se dicit; totque Ammianus Marcellinus lib. xxv, c. 3, et Eutropius verbis altero et tricesimo notant; hic dico quoque addit, vi cal. juliis. In vetere sape laudata historia de rebus Athanasi: *Olympus autem idem præfectus, mense mensore, 26 die, consulibus Juliano aug. et Sallustio, nuntiavit, Julianus imperatore esse mortuum, et Jovianum christianum imperare.* Quod dicitur Hieronymo Præmicerius, idem est atque primus: et Ammiano quidem Marcellino, *domesticorum ordinis* primus Jovianus appellatur.

Ibid. *Jovianus rerum necessitatibus.* Sanctus ipse pater, laudatus etiam Scaliger, lib. de locis Hebreis, *Achad, urbs regni Novordi in Babylone. Porro Hebrei hanc esse dicunt Mesopotamia civitatem, quæ hodie vocatur Nisibis, a Lucullo quandam Romano consule obsessum captamque, et ante peccatos annos a Joviano imperatore Persis traditum. Reliquas Mesopotamia provincias, Arzananam, Maxoemam, Zabdicenam, et Corduenam Ammianus Marcellinus libro laudato memoret: qui et iniquas pacis conditio, quemadmodum Eutropius atque alii, deflet. Vides tamen ea de re S. Gregorium Nazianenum in epist. ad Philipp. cap. 2, Augustinus de civit. De lib. iv et v, denique Rufinum lib. II, 1.*

Col. 505. *Synodus Antiochiae.* In Parmensi ms. omissione anomalousque. Confer Pontaci notas in calce libri.

Ibid. *Jovianus cruditate.* Eutropius, a quo noster haust: *Multo, aut, exanimatum opinorū nimia cruditate: inter exaudiam enim epulis indulserat: aliud odore cubiculi, quod ex recenti teectorio calcis grava quiescentibus erat: quidam nimicte prunariam, quas gravi frigore adoleri multas justerat. Decessit imperii mense 7 (rescribendum 8; sunt enim ab ejus electione vi cal. juliis, ad diem obitus, quem statim notat, supra solidos menses septem, dies viginti unus), quarto decimo cal. martias ætatis, ut qui plurimum ac minimum traduant, tertio et trigesimo anno. Confer*

*Ammianum quoque, et Victorem in epitome, Socratem lib. iii, Sozomenum vi, etc. Dadasana Galatians inter et Bithyniam est oppidum.*

Ib. ibid. *Jovianus... post quem.* Tricesimo ferme die, ut ait Socrates, postquam ipsa Augustinus est nuncupatus. Ammianus lib. xxxi scribit in cal. apries; Idacius autem et chronicus paschalis auctor ante diem iv cal. apries, dicunt.

Ibid. *Valentinianus egregius alias.* Opponit Hieronymo Scaliger Victoris testimonium in epitome, *infestus tamen vtilis, maximeque avaritus, cuius punitio ipse fuit acer.* Sed falsa lectio Schotti deceptus ipse est; legendum enim omnino ibi cum ms. omnibus libris *infestus pro infestus*, ut et *cupiter pro punitio*, quod et Arulenus in notis ad eum locum pluribus evincit.

Ibid. *Apollinaris Laodicensis.* In Parmensi ms. tota hec periocha desideratur.

Ibid. *Terciæ motu facto per totum.* Nihil dubium quin terre motus ille idem sit quem Ammianus lib. xxiv describit, *consule Valentianum primo eua fratre Valente.* Inniuitus porro nos in notis ad vitam S. Hilariensis, num. 40, eundem illum denotari ab Hieronymo verbis: *Et tempestate terre motu totius orbis, qui post Juliani mortem accidit, maria egressa sunt terminos suis, quo loco, nisi nos ea fallit opinio, facile pro Juliani legendum Jovioni erit.* Constatibit certe lucentius, voluisse etiam Hieronymum, primo, non altero anno Valentinianni celebrissimum totu' orbe terre motu adscribit, ut quod alterius tamem anni nota hic apponitur, ineautus amanuensibus culpis tribundum videatur. Major in eo scrupulus est, quod volunt, hunc ipsum innui commentario 5 in c. xv Isaie, quem ait s. pater in sua *infatu* contingisse. Ea de re videsis que ibi annotata sunt et que in vita uberioris disputantur.

Ibid. *Procopius, qui apud.* Factum consignat Idacius in fastis vi cal. junias: auctor paschalis chronici xii cal. juliis hujusmet utique Zozomini. Confer Ammianum lib. xxvi, c. 7 et seqq. Zozomini lib. iv, Philostorgium ix, etc.

Ibid. *Romanæ Ecclesie tricesimus quintus.* Liberio, qui vni cal. octobres obiit, ut Faustinius et Marcellinus in Libelli precium testantur, Damasus cal. octobris ejusdem, que in diem Dominicam incidebant, ordinatus est. Anastasium et veteres alio pontificum catalogos non montramus.

Ibid. Ibid. *Romanæ... Et post non multum.* Am-

mianus quoque basilicam Sicidini vocat lib. xxvii, c. 3; Socrates lib. iv, c. 29, *Sicidius*. Parmensi ms. *Sicidium*. Alii *basilicam Liberii*. Sed et Ursinum recentiores nonnulli docti viri *Ursinum* dicere amant. Vide laudatum Ammiani locum, in eumque notis Valesii, Rufinum preterea lib. n. 10; Socratem iv; Sozomenum vi, etc. In subsequenti periochae plus habet ms. Parmensi *Byzantii baptizatus*.

Ibid. *Valens ab Eudoxio Arianorum*. Fasti Idaciani, auctor paschalis chronicus, et Socrates lib. iv, 11, die ix cal. sept. consignavit, Lupicino et Jovino cos., quibus hie certe annus Valentiniiani imperii designatur. Confer tamen quas sub sequenti proxime annotatione observavimus.

Ibid. *Tanta Constantinopoli est orta tempestas*. Eidem anno Valentiniiani tertio hanc, ut et subsequentem periocham Scaligeri editio comparat. Quod est quidem propius ad verum: nondum tam id quod res est, monstrat. Veteres enim prius hocce gestum precedenti proxime inaugurationi imperatoris Gratiani trium fere mensium spatio anteponunt. Auctor paschalis chronicus scribit: *Deum Constantinopoli grandinem saecula depluisse mense desio, hoc est junio. Idacus quoque in fastis, ex iis nonas Iulias id ait configisse, et Socrates: Sexto nonas Iulii, grande immense magnitudinis, instar lapidum, ecclisi Constantinopoli*. Eidem Gratianum imperatorem postea renuntiatum ix cal. sept. produnt. Est itaque verosimiliter, luxatum hic fuisse a librarius Hieronymianum textum, etsi hoc esse *τρίποντος* culpa tribuendum.

Col. 306. *Apud Atrebatas lana e coto*. Corrupte in Parmensi ms. *Apud Trabatas Gallie civitatem lana, etc.*

Ibid. *Hilarius Pictaviensis*. Innuimus paulo superius, ubi de ejus reditu in Gallias, mortem his temporibus, anno Christi Dionysiano 368, aut certe subsequenti inito consignandum. Scaliger biennio anteipat, sive anno illigat Valentiniiani tertio. Adito s. patris vitam, ejusdem editioni operum prefaxim.

Ibid. *Nicæa que sepe ante corruperat*. Procubuit v idus octobris, secundo Augustorum consulatu, quod tempus in eorum imperiis quantum quantum ex parte incidit. Scaliger autem non hanc modo periocham, sed et consequentes duas cum quarto imperatorum componit, ipsiusque adeo agenom Copolitanum, quem tamen referri a Cedreno ad septimum, non difficitur.

Col. 305. *Athanaricus rex Gothorum*. In Parmensi ms. *Hatalericus*. Scaliger gestum praecedentem proxime anno adscribit. Certe per id temporis, sive ultimo denum belli Gothicis anno, regnare Athanaricum ceperisse, ex Isidori chronico colligere est. Prosper recessioni huius nostra favel, qui sub tertio Augustorum consulatu hec refert, qua totidem, ut assolet, verbis ab Hieronymo describit.

Col. 306. *Eusebius Vercellensis*. Diem obiisse anno Christi Dionysiano 370 qui cum septimo Valentiniiani concurrevit, recepta doctis chronologis sentitur est. Ae mittitur quidem isto cum primis Hieronymiani chronici testimonio, quod in plerisque omnibus cum editis, tum ms. libris ad hunc plane modum atque annum recitatatur. Verum Scaliger cum precedente proxime Valentiniiani sexto contendit, atque eo quidem ineunte, siquidem et subsequentes reliquas quatuor periochas, ad Valentini usque tyrannidem, eadem numerica nota comprehendit. Baronius et contrario quod sentiat, annos Valentiniiani et Valentini in Hieronymi chronicis ab eo supputari, qui eorum inauguratione subsequenti, hooce testimonio isidemque rationibus uitit, ut Eusebii mortem differat in subsequentem Dionysian. 371, Valentiniiani et Valentini octauum. Confer Theodoretum hist. eccl. lib. v, cap. 1. Adde et Tillemonium, si libet.

Ibid. *Constantinopolis Apostolorum*. Chronicus paschalis auctor hujusmetam consilibus adscribit, tametsi Valentiniiano *vō τριπόντος* pro *τρίποντος* dicit, *mense xantico*, ex a. d. v idus aprilis. De recta vocabuli *τριπόντιον* significatione superioris diximus.

Col. 308. *Maximinus praefectus annone*. Dicitur Rufino *Maximus*, quemadmodum et in aliquot legibus compellatur, quas laudat Gothofredus in prosopographia. Scaliger quoque, et nonnulli Hieronymiani codices sic vocant. Tempus quod spectat, ex Ammiano Marcellino lib. xviii, c. 1, prope certum est, Olybrium tunc Urbis praefeturam gessisse, cum praefecto annone Maximino commissum est illud in maleficio judicium. Hoc autem anno, Gratianum et Probo consilibus, Olybrium praefectura Urbi decesserat. Hic tota causa est, cum de bienni saltem metachronismo Hieronymus a Valesi in notis ad Ammiani locum reprehendatur. Judicium ea de re penes lectorem esto. In Parmensi ms. non additur *Roma* nomen, sed absolute est, *plurimos nobilium occidit*.

Ibid. *Valentinus in Britannia*. Ita eum auctores plerique appellant: Scaliger *Valentinianum* mavult cum aliis libris et Zozimo, cuius genuinum huic locum laudat. Periocham porro istam, ut et subsequentem cum praecedenti proxime anno comparat. Historiam ab Ammiano repeate lib. xxvii, cap. 3.

Col. 306. *Presbyter Sirinus* [al. *Sirinus*]. Subiecti Parmensi ms. ignota libris aliis periocham ad hunc modum: *Lex datur: nobilitate delecta, ut uno gradu jungantur*. Que bona prouul dubio nota sunt; sed ut pro Hieronymianus habeantur, satis argumentorum non suppedit.

Col. 305. *Saxones easi Deusone*. Ad precedenterem proxime annum, v consulatu Valentiniiani et Valentini, refert Cassiodorus, quoem facit et Scaliger. Ammianus autem triennio adhuc citius, sive ad eundem Augustorum consulatum invocat, eni et assentitur Valesius mavult ea de causa, quod hec nimurum investigare sibi illi proposuerat. Pro *ad Usos*, Scaliger uno verbo *Deusone* legit, quam omnino fuisse contendit urbem, aut locum in finibus Francorum et Saxonum circa Rhenum. Erit fortasse, qui fluvium Usam in Britannia designari putet. Vide que Pontacus pro impressa lectione disputat. Insignis hac de re locus est Orosii l. vii, et istis, ut videtur, Hieronymi delibatus: *Valentinianus Saxonum, gentem in oceani littoribus et palubribus invixit stam, virtute atque agilitate terribilem, periculosam Romanis finibus, eripiensem magna mole menditatem, in ipsis Francorum finibus opprimit*.

Col. 306. *Burgundiorum octoginta ferme milia*. Atque hæc Cassiodorus, itemque Idacius in fastis cum eoderum Valentiniiani et Valentini v consulatu comparauit, quorum et Scaligeri rationes probantur. Ammianus et contra ut Saxonum, de quibus modo, ita et Burgundiorum Augustis ter consulibus cladem assignat. Eum adito l. xviii, c. 5. Scaliger *quod nunquam pro legi*.

Ibid. *Clearchus praefectus Urbis*. Ejus, ut aquaductus ab eo extracti meminit Socrates lib. iv, c. 8. Supersunt et multe ad eum Libani epistole. Corrupte in Parmensi ms. periocham aliam textui assuit, quia ita habet: *Theodosius miserabilis presbyter, dum adversus conscientiam favoris sui sacrificia Deo offerre audet, in mediis precibus eliditur*. Ego nihil minus ab Hieronymi calamo protectum existimo. Ignota ipsa quoque historia est.

Col. 308. *Quia superiori anno Sarmatz*. Evicunt ex hoc loco, quem in contraria partem urgebat Scaliger, consulum paria minime omnium fuisse ab Hieronymo, ut neque ab Euse-

*ordinavit Petrum episcopum de antiquis presbyteris, qui in omnibus eum secutus gessit episcopatum. Vides utemque recte tempus cum decimo Valentiniiani anno diuidum inchoato congruere.*

Ibid. *Melania nobilissima matierum*. Perperam cum apud Scaligerum et Pontacum, tum in aliis ferme omnibus libris erat, *prætori tune Urbano*, ut eam dignitate Melania filiolus tune gessisse diceretur, id quod et falsum est, et a veri specie omni distat immane quantum. Corrimus proinde nos *prætori*, ut sensu sit, Melania filium suum *prætori Urbano* dereliquisse, ut qui pupillorum curam ex officio generre debebat, puerulo de tutore provideret. Quod aut Rufinus inventivat. I. u. hunc de Melania locum de *exemplaribus suis erassis* (Hieronymum), *cum actus suis vidisset districtoris discipline feminæ discipere*, fidem non meretur. De eo quod *nepten* Marcellini consulis eam vocat, non *filium*, dictum alias, et disserit etiam Pontacus. Unum movet nos, quod innuit idem Rufinus, scriptum olim, seu tune temporis, dum taxat fuisse, *parvulo filio Romæ devicto*, nec verbo tenus *prætoris* tune Urbani mentio esset, cui filius fuerit commendatus. Certe S. quoque Paulinus epist. 29 hoc maxima miratur, ac laudat in Melania, *quod in magna lieti potentissimorum et clarorum propinquorum Romæ copia, nemini pareulum suum verbo, ut dici solet, denunciendum, erudiendum, tuendum mandavit*.

Col. 307. *Post Auxentii seram mortem*. S. ipse Ambrosius, epist. 14, ann. 382 scripta ad Theodosium: *Laborem quia etiam nobis indicendum putavimus, non pro ITALIA, que jamdudum ab Arianis quieta et secura est, nec ultra haereticorum perturbationes vexata. Parvus habet in Lyc. lib. ix, c. 32: Extis omnes quibus ITALIE populus per Iudeas olim et Ariana proxime scvitatis incendi coquebatur, sereno iam spiramine temperantur*.

Ibid. *Aquileiensis clericis*. Quam libri alii editi omnes, et cum Parmensi ms. pars maxima ignorant, Scaliger ex uno ms. periocham aliam textui assuit, quia ita habet: *Theodosius miserabilis presbyter, dum adversus conscientiam favoris sui sacrificia Deo offerre audet, in mediis precibus eliditur*. Ego nihil minus ab Hieronymi calamo protectum existimo. Ignota ipsa quoque historia est.

Col. 308. *Quia superiori anno Sarmatz*. Evicunt ex hoc loco, quem in contraria partem urgebat Scaliger, consulum paria minime omnium fuisse ab Hieronymo, ut neque ab Euse-

bio, chronicō operi attexta. Enimvero quod consulū mentionēm hoc dēmū anno facit, quo nulli creati sunt, ea minūrū causa est, quod novum hoc erat aque insolens, adeoque et memoria dignum; cum e contrario consulū paria, ut parum ad rerum historiam, ita nihil proposito suo conducerent. Recole que hac super re uberiorū disputata sunt initio ejusmodi libri 34 et 39.

Col. 507. *Valentinianus subita sanguinis eruptio*. Ammianus ait, *erupte subito sanguine*. Itēum Hieronymus, epist. 60, ad Heliодorūm, sive epiph. Nepotiani num. 15: *Valentinianus castato genitali solo, et iunctu patrā derelinques, omītu sanguinis cōtinetū est*. Vide quā ibi annolamus. *Espiravit* xv cal. decembres, anno imperii secundo et decimo, ut ait Ammianus, minus centū dies, coss. Gratiano m̄ et *Aequit*: que temporis note Hieronymianū ratioñibus optime consonant. Pro *Brigitone* Parmens. ms. *Brigitē* legit: *reior scriptura est Bregetone, quemadmodum tabula Theodosiana, itinerarium Antonini, notitia imperii, Ammianus, atque aliū preserunt.*

Ibid. *Apollinaris Laodicensis*. Neque isthāe Italico charactere descripta perioche nec pone sequens, *Eutropius presbyter*, etc. in Parmensi ms. habentur. Scaliger quoque eas respuit.

Ibid. *Valens lēge dūt ut monachi*. Apud Scaligerum, *legem dedit, ut monachi militarent, reliquias verbis que subnectuntur, nolentes fustibus jussit interfici*, prætermis. Addit autem et Prosper, qui Hieronymum describere amat, *nolentes fustibus necerentur*.

Ibid. *Photius in Galatia moritur*. Ita Pontacus pro *inducto*, quod ante oblinetur, in curis posterioribus rescribi *Judaicum*, jussit. Testatur et Scaliger, nullum librum esse scriptum eorum quos ipse viderit, qui non habeat dogma *Judaicum*. Sane quod Ebionis atque Artemonius cum primis deliria instaurabat, *Judaicum* dogma iure merito dixeris. Vides autem de Photino distribas Petavii, Sirmondi, Larroquani, Petri de Marca atque aliorum. Quia subnectuntur verba, *qui multa continentur et ingeni bona uno superbiz molo perdidit*, Scaliger praterit: notat vero in uno Petav. ms. ad oram libri et regione subsequenti e perioche, *Basilus Casriensis*, etc. haberi. Quae manifesta luxatio est loci, qui recte in plerisque aliis omnibus libris ad Photinum, quem unice spectare potest, refertur. Aut sustamen est Isaacus Vossius referre ad Basilium,

et columniam hinc struere Hieronymo, quod consulū sanctissimi episcopi lacerarit. Mera id genus convicia, nē merentur verbo refutari. Prosper eorum verborum loco habet, a quo *Photiniānum dogmā, Paulo Samosatenœ et Artemonē de quibus supra dictum est, conceptum auctoribus*.

Ibid. *Alamanorum triginta circiter mīlia*. Strenue hallucinatur Basnagius, qui in notis ad Prospere monet, eladem hanc referendam ad annum Constanti 20, duectuare Juliani Alamanis esse illatam. Enimvero Ammianus Marcellinus ~~2775000~~; auctor hocco anno, *Gratiano quater et Merobaudē coss.* et quidem *autumno* vergente in hiemem, victoriam de Alamanis apud Argentariam refert. Victor quoque in epitome cap. 47: *Hic (Gratianus) apud Argentariam oppidum Gallie triginta Alamanorum milia in bello extinxit*. Sequenti anno, qui cum Christi Dionysiano 378 concurrevit, initiv sextū consularum Valens: in quod tempus, qui nuper magno contuso doctus vir eam victoriam conferendam contendit, vereor ut satis recte Ammianus, ad quem provocat, sensu perceperit. Neque vero diffiteor, illum lib. xxxi, cap. 10, antequā superatos apud Argentariam Alamannos dicat, primum notare anni ejus autumnum, et quidem vergentem in hiemem: deinde mentionem Lentientium facere, qui Rhenum *februario mense* transmittentes moliebantur. Sed non ideo alterum huic gesto annum assignat, sed Lentientis Alamanicū populi occasione, retexit bellū causas, unde *clades exitate primordium sumpsit*. Contextus conferendum est, ut rem tenetas. Quamvis et ibi manens locus est, deque mendolosus suspectus, ubi *februario mensem nominat*.

Ibid. *Florentius et Bonosus*. Idem qui *Florentius* in epistolis, quas ad eum Hieronymus dedit, appellatur. Vide epistolā 4 et 5 in recensione nostra, in quibus de Bonosus item et Ruhno.

Ibid. *Gens Hunnorū Gothos vastat*. Equidem Gothorum istam in Romanum solon trajectiōnem biennio antequam Hieronymus, Valente v et Valentianino juniore Aug. coss. qui annus est Christi Dionysianus 378, Ammianus lib. xxix, cap. 4, itemque Idacius in fastis consignavit. Atqui noster non illud temporis, quo transvecti sunt ad Romanos, sed eum postea dicum, et cum primis Maximī avaritia rebellarē compulsi sunt, notat. Scaliger precedēt proxime anno gestum accenset, jubetque in notis omnino hue referri capita 34 et 35 libri v (dixisset imo IV Socratis).

Ibid. *Lacrymabile bellum in Thracia*. Commissa pugna est vidus augusti, quod prodit Ammianus lib. xxxi, cap. 12. Idacius in fastis, Socrates lib. iv, cap. ultimo, atque alii. Idem Ammianus Bacurius et Cassio, qui sagittarios et scutarios regebant, exīti causam imputat, quod *inerti discessu primordia bellū fedorint*. Imperatorem quod spectat, unus est Libanius ad orat. Theodosium, qui eum, cum posset aufugere, maluisse dicit hostibus circumfusum pugnando occumbere. Reliqui magno numero scriptores, Hieronymo (qui pars his tradit epist. 60 ad Heliōdorūm, paulo superius laudata) consentunt, huic illum sagittis transfixum, ad villule eiusdem casam (*χρύσων*) Cedrenus vocat, de quo nomine superius ad Constantini M. mortem dictum est) deportatum, ibique a persequebentibus reique inscis barbaris concrematum. Illi auctor noster nonnius quatuordecim annos imperii attribuit, Victorem in epitome, ut videtur, securus, qui et solos quinque menses anni ejus decimi quarti numerat. Constat vero, ut ejus imperii initio, quod est, ut suo loco ostendimus Joviano et Varroiano coss. v. *cal. aprilis*, rite consignatam, ad hunc obitus sui diem *v idū augusti*, se sextum et Valentianino secundum coss. supra annos quatuordecim, menses quatuor et dies aliquot, quibus potius est regno, intercedere. Id ipsum luctuissimum testimonio, Cyrillus monachus, vetus auctor, qui S. Euthymii vitam conscripsit, editus a Benedictinis Parisiensibus analectorum Greec. tom. I, confirmat: *Nondum, inquit, expletō quinto mense, sexto consulatu clatus impius Valens, exercitū in barbaros Thracias depopulante ducto... irruentes barbari ipsum incenderunt, nondum completo primo anno ab Euthymii ortu*. Omnino igitur Quintilem, sive Julium eum dixisse voluit, quem dixit *quintū mensē*, quo Valens, exercitu in barbaros ducto, profligatus est. Si enim nondum actus erat annus ab Euthymii ortu, sive quod item sonat, exiguum debeat explendo spatium, ille, ut cap. 7 dicitur, *natus est... mense augusto, quarto Gratiani consulatu*.

Ibid. *Ab Urbe condita usque*. Que hinc subsequuntur ad finem usque libri *ἀπό της θεραπείας*, omnes in Parmensi ms. desiderantur. Scaliger istam duntaxat ab Urbe condita, cum subjuncta expositione, que Italico charactere notata est, in textum recepit, utpote vere Hieronymianam: celeras que hic et in aliis plerisque libris subiectantur, ipse etiam in calce notarum, ex

antiquissimo Bongarsiano ms. exhibuit, sed tanquam ab alieno manu postmodum adjectas exsulare a reliquo contextu jussit. Pontacus de his saīs multa, quae consuluisse non abs re erit. Nos in eam procliviiores sententiam sumus, quae ipsimet Hieronymo illas attribuit. Certe coherēt ita sibi atque invicem respondent, ut uno perturbare numero, totum Hieronymi ipsiusque Eusebii computum corrumpi necesse sit. Quem sane errorem Scaliger, hic etiam errat, ubi pro annis quadringentis viginti septem, qui *sub Augustis et Cassibus* numerantur, solo computat quadringentos viginti quatuor; unde non 1131, quam sanctus pater proposuit, sed duntaxat 1128 summa consurgit. Et andet tamen illa hallucinatione hanc suam Hieronymo culpæ vertere: quam emendare dum stodet, novo errore cumulat, volens spatium *sub regibus*, non solis 240, sed 243 suppeditat: et minorem tamen eum numerum ponit ab Eusebio a Palibus primis ad regifigium, non diffitetur. Jam vero quoniam hoc anno concluditur Hieronymi chronicon, Valente vi et Valentianino juniore ii coss. Isque annus in apposito *annorum Domini latecole*, non qui agebatur aero vulgaris Christi iuxta Dionysium ex eruditorum omnium consensu 378, sed 381 adscribitur: revocandum est in memoriam, quod alias nos semel arrepta occasione monimus, eum latecoleum non fuisse ab Eusebio, atque adeo neque ab auctore nostro huic operi attextum: quanquam tot revera anni a 42 augusti, cui Christi natalem diem adscribunt, iuxta eorum rationes ex succedentiū imperatorū annis, et serie, rite supponatur.

Ibid. *A Moysi et Cœcōpe*. Legerat Pontacus 1834, rescribi autem in curis posterioribus justit, superadditū centenari nota, 1935. Falso utrumque, ut et quod Scaliger descripsit, 1990; neque enim alias revera fuit Hieronymi computus, quam annorum 1890, ut nos exedimus. Quippe terminus a *Moysi et Cœcōpe*, annum vita Mosis octuagesimum signat, et qui cum eo concurrat, imperii Cœcōpis quadragesimum quintum. Id erit cum aliis locis, tum ex prefatione Eusebii manifestissimum: *A nativitate, inquit, Abrakē, usque ad Mosen, et egressum Israel ex Ægypto*, computatur anni 505... *Siniliter a Nino et Semiramide, usque ad Mosen et Cœcōpem, anni 505*. Et paulo superius: *A 80 autem anno Mosis, et egressu Israel de Ægypto, rursus ad superiora conversus, usque ad primū annum Abrakē, re-*

*peries annos 305, quos similiter a 45 anno Cœcrops usque ad Ninum et Semiramam Assyriorum principes supputabis.* Igitur si ab annis 2395 (quos s. pater ab Abraham, et regno Nini et Semiramidis, usque ad chronicæ sui finem, colligit) demandant anni 505 (qui a nativitate Abraham, et a Nino et Semiramide, usque ad Mosen et Cœcropem, ab Eusebio colliguntur), omnino a Mose et Cœcrote, usque ad chronicæ hujusmet finem, anni remanebunt 1890. Tot fuisse ab Hieronymo supputatos, res quam exposuimus, evincit. Accedit vero, quod eamdem annorum summam preferant codices niss. aliqui chronographi, teste Pontaco in notis, quas omnino, ut huc referat, auctor sum. Nam quod maluit ille nihiloseius rescribere 1935, hallucinatio est hominis cetera diligentissimi, quam nuperus auctor observationum ad chronicon Prosperiante nos coarguit his precipue verbis, quæ hoc libet referre : Pontacus loco citato eliam hoc addit, *quod idem num. 1935 annorum etiam subducantur ex illis quinque calculis, quos supponit auctor in præfatione, a Cœcrote, a captivitate Troja, a prima olympiade, a secundo Dorii, et a decimo quinto Tiberii, usque ad annum 11 Valentis.* Sed ad hanc

rationem respondeo, hoc certissimum esse, si ex Pontaci hypothesi, primus calculus a Cœcrops anno primo deducatur, quod tum ex quinque illis calculis idem ille 1935 annorum numerus subducatur. Verum hoc non estid, quod hic in questionem venit. Probandum enim Pontaco erat, quod illorum quinque calculorum primus qui a Cœcrote dederetur, ab imperi ejus primo, et non ab imperio eius anno quadragesimo quinto exclusive, in illa, de qua loquitur, Eusebii præfatione, ab Hieronymo Latine versa, repetatur. Contrarium autem experiri potuisset, si quantitatem primi illius intervalli, a Cœcrote ad captivitatem Troja, considerasset. Nam in illa præfatione, et in illo, quem respicit, loco, expressis verbis legitur, a Cœcrote ad captivitatem Troja, anni 329. Et si huic primo calculo reliquos quatuor calculos, ibidem determinatos, adjeceris, subducetur, non ille numerus 1935 annorum, sed genuinus Hieronymi num. 1890, demptis scilicet Cœcrops 45 prioribus imperii annis.

Ibid. *Ab Abraham et regno Nini.* Perporam in Bongarsiano apud Scaligerum codice 2315. De collectionibus ab Adamo et diluvio dictum satis abunde alias.

